

AGRÉGATION DE LETTRES MODERNES 2016-2017. CONCOURS BLANC.
Master MEEF Lettres classiques.

C. Baroin

N. B. : Adeline, vous pouvez traduire de « *Iam studia* » (l. 4) à « *accipe* » (l. 12).

VERSION LATINE : PLINE LE JEUNE

Pline le Jeune écrit à son amie Corellia Hispula, afin de lui recommander une école et un professeur d'éloquence pour son fils. Il importe que ce maître soit compétent et aussi de bonne moralité.

[...] Quibus omnibus¹ ita demum similis adolescet², si imbutus honestis artibus fuerit, quas plurimum refert a quo potissimum accipiat. Adhuc illum pueritiae ratio intra contubernium tuum tenuit, praeceptores domi habuit, ubi est erroribus modica uel etiam nulla materia. Iam studia eius extra limen proferenda sunt, iam circumspectendus rhetor Latinus, cuius scholae seueritas, pudor, in primis castitas constet. Adest enim adulescenti nostro cum ceteris naturae fortunaeque dotibus eximia corporis pulchritudo, cui in hoc lubrico aetatis non praeceptor modo sed custos etiam rectorque quaerendus est. Videor ergo demonstrare tibi posse Iulium Genitorem. Amatur a me ; iudicio tamen meo non obstat caritas hominis, quae ex iudicio nata est. Vir est emendatus et grauis, paulo etiam horridior et durior, ut in hac licentia temporum. Quantum eloquentia ualeat, pluribus credere potes, nam dicendi facultas aperta et exposita statim cernitur ; uita hominum altos recessus magnasque latebras habet, cuius pro Genitore me sponsorem accipe. Nihil ex hoc uiro filius tuus audiet nisi profuturum, nihil discet quod nescisse rectius fuerit³, nec minus saepe ab illo quam a te meque admonebitur, quibus imaginibus⁴ oneretur, quae nomina et quanta sustineat. Proinde fauentibus dis trade eum praeceptor, a quo mores primum, mox eloquentiam discat, quae male sine moribus discitur. Vale.

¹ « *Quibus omnibus* » renvoie au père, à l'oncle et au grand-père maternel du fils de Corellia Hispulla. Vous pouvez traduire par « eux ».

² Le sujet est sous-entendu (il s'agit du fils de Corellia Hispulla) ; vous pouvez traduire par « il ».

³ Traduire comme si vous aviez *fuisset* (à la place de « *fuerit* »).

⁴ « *imaginibus* » : désigne les portraits d'ancêtres.